sollempniter immolamus
te domine deprecantes: ut et
spiritalium restauratione car-
nalium a noxiis quoque vo-
luptatibus temperemur. P. do.
Tui nos domine. pr. co.
sacramenti libatio sancta
restauret. et a vetustate pur-
gatos in mysterii salutaris
faciat transire consortium.
P. dom. Feria secunda. Colla.
Converte nos deus
salutaris noster: et
ut nobis ieiunium quadra-
gesimale proficiat mentes
nostras celestibus instrue dis-
ciplinis. P. Lc. ezechiel proph.
Haec dicit dominus. Ecce e-
go ipse requiram o-
ves meas et visitabo illas.
sicut visitat pastor gregem
suum in die quando fuerit
in medio ovium suarum
dissipatarum. Sic visitabo
oves meas et liberabo eas ab
omnibus locis in quibus dis-
persae fuerant in die nubis
et caliginis. Et educam eas
de populis et congregabo
eas de terris. et inducam
eas in terram suam. Et
pascam eas in montibus
israel. in rivis et in cunctis
sedibus terre. In pascuis u-
berrimis pascam eas. et
in montibus excelsis israel erunt
pascua earum. Ibi requies-
cent in herbis uberrimis.
et in pascuis pinguibus pas-
centur super montes israel.
Ego pascam oves meas et
ego eas accubare faciam
dicit dominus deus. Quod
perierat requiram et quod
abiectum fuerat reducam
et quod confractum fuerit
alligabo: et quod infirmum
fuerat consolidabo. et quod
pingue et forte custodiam.
Et pascam illas in iudicio
et iustitia. Dicit dominus omnipotens.
In illo tempore. S. mathm.
Dixit Iesus discipulis suis. Cum
venerit filius hominis
in sede maiestatis suae. et
omnes angeli eius cum

eo: tunc sedebit sup sedem
maiestatis sue. Et congrega
buntur ante eum omnes
gentes et separabit eos ab
inuicem. sicut pastor segre
gat oues ab edis. Et statuit
oues quidem a dextris suis:
hedos autem a sinistris. Tunc
dicet rex hijs qui a dextris
eius erunt. Venite benedic
ti patris mei possidete pa
ratum uobis regnum a con
stitutione mundi. Esuriui
enim: et dedisti michi ma
ducare. Sitiui et dedisti michi
bibere. Hospes eram: et col
legistis me. Nudus eram:
et cooperuistis me. Infirmus
et uisitastis me. In carcere
eram: et uenisti ad me. Tunc
respondebunt ei iusti di
centes. Domine: quando
te uidimus esurientem
et pauimus sicientem et
dedimus tibi potum. Qn
do autem te uidimus hos
pitem et collegimus te: aut
nudum. cooperuimus te.

aut quando te uidimus
infirmum. aut in carcere et
uenimus ad te. Et respon
dens rex dicet illis. Amen
dico uobis quam diu feci
stis uni de hijs fratribus me
is meis minimis: michi fe
cistis. Tunc dicet et hijs qui
a sinistris eius erunt. Disce
dite a me maledicti in igne
eternum qui preparatus est
diabolo: et angelis eius. Esu
riui enim: et non dedistis
michi manducare. Sitiui
et non dedistis michi potum.
Hospes eram: et non collegi
stis me. Nudus et non coope
ruistis me. Infirmus et in
carcere et non uisitasti me.
Tunc respondebunt ei et
ipsi dicentes. Domine: qn
do te uidimus esurientem
et sicientem aut hospitem:
aut nudum. aut infirmum.
aut in carcere et non mini
strauimus tibi. Tunc res
pondebit illis dicens. Amen
dico uobis: quam diu non

Is qui in celis est: ipse meus frater: soror et mater est. Sca

Hostias tibi domine placationis offerimus ut delicta nostra miseratus absoluas et nutantia corda tu dirigas. Per dominum. post co

Tui domine perceptione sacramenti et a nostris mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidiis. Per.

Mentes nostras super populum.

Quesumus domine lumine tue claritatis illustra et ut videre possimus que agenda sunt et que recta sunt agere valeamus. Per. feria v.

Omnipotens sempiterne deus qui in obseruatione ieiuniorum et elemosinarum posuisti remedia peccatorum nostrorum: concede nos mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per. ezechielis

In diebus illis: Factus est sermo domini ad me dicens: Quid est quod inter parabolam vertitis in prouerbium istud in terra dicentes israel: patres nostri comederunt uuam acerbam et dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego dicit dominus deus. Si erit uobis ultra parabola hec in prouerbium in israel. Ecce omnes anime mee sunt. Ut anima patris: ita anima filii mea est. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Et uir si fuerit iustus et fecerit iudicium et iustitiam. in montibus non comederit: et oculos suos non leuauerit ad ydola domus israel: et uxorem proximi sui non uiolauerit. et ad mulierem menstruatam non accesserit: et hominem non contristauerit pignus debitori reddiderit. per uim nichil rapuerit. panem suum esurienti dederit. et nudum uestimento operuerit: ad usuram non comodauerit. et amplius non acceperit. et ab iniquitate uerterit manum suam. iudicium uerum fece

re uiuet [illegible] 7 [illegible]
7 in preceptis meis ambula
uerit. 7 uerba mea custodi
erit ut faciat ueritatem:
hic iustus est: uita uiuet
ait dominus omnipotens. Matheum

In illo tempore: Egressus ihesus seces
sit in partes tyri 7 sydonis.
Et ecce mulier cananea a fi
nibus illis egressa est: clama
uit dicens ei. Miserere mei
fili dauid: filia mea a demo
nio male uexatur. Qui nō
respondit ei uerbum. Et
accedentes discipuli eius:
rogabant eum dicentes.
Dimitte eam: quia clamat
post nos. Ipse autem respō
dens ait. Non sum missus
nisi ad oues que perierunt
domus israel. A[illegible] illa uenit:
7 adorauit eum dicens Do
mine: adiuua me. Qui re
spondens ait. Non est bonū
sumere panem filiorum:
7 mittere canib;. At illa dixit.
Etiam domine. Nam 7 catel
li edunt de micis que ca
dunt de mensa dominorum
suorum. Tunc respondens
ihesus ait illi. O mulier
magna est fides tua. Fiat
tibi sicut uis. Et sanata est
filia illius: ex illa hora. Secā.

Sacrificia quesumus
domine ista propicius
intende: ut nos soluent que
medicinalib; sunt institu
ta ieiuniis. P dom. post cō.

Da quesumus domine
populis xpistianis
7 que profitentur agnoscere
7 celeste munus diligere quod
frequentant. [illegible] sup pplm.

Quorum nos domine
largitate donorum
7 temporalib; attolle presid
iis 7 renoua sempiternis. P

Adesto feria sexta. or.

Adesto quesumus domine
propicius plebi tue: 7 quam
tibi facis esse deuotam: beni
gno refoue miserator auxilio. P

Hec dicit lco ezech[illegible]lis.

Hec dicit dominus deus. Ani
ma que peccauerit: ipsa mo